 liter fm totā suam entitatē. ideo non possunt
 distinguī intrinsece absq; omni comparatione
 intellectus. nisi diuina essentia ponat̄ realiter
 esse composita. Ad argumentū principale
 dicēdū. q; forme dicunt̄ actu eē in p̄mo mo-
 toze. nō tamē sunt in eo distincte. q; creatura
 in creatore nō est aliud q̄ ipsa creaturē essen-
 tia diuina.

Ad rōem iacobi.

Ad similitudines doctoris.

Ad p̄ncipale argumentū.

Creatura quo
 q; r̄. Dic m̄gr̄ oñdit diuine essen-
 tie simplicitatē respectu creature
 sp̄ual. q̄ est aīa rōnalis. Et diuidit̄ i duas p̄-
 tes. q; p̄mo ostēdit aīaz rōnalē eē p̄positā. r̄ i
 se aliq; mō esse multiplicē r̄ mutabilē. Scđo
 ecōtra r̄cludit diuinā essentia totaliter eē sim-
 plicē. Secūda ibi. Deus h̄o r̄ si r̄. P̄tia
 i duas. q; p̄mo ostēdit quō ania respectu cor-
 pis quādoq; apparet simplex. Scđo ostē-
 dit q; nō obstante illa apparet̄ ipsa rōnalis
 ania vere ē p̄posita. Scđa ibi. Sz tū nec r̄.
 Tūc sequit̄ illa ps. Dic diligētē r̄. i qua
 m̄gr̄ declarat diuine eēntie simplicitatē p̄p̄a-
 tōz ad intra. Et diuidit̄ i duas p̄tes. q; p̄mo
 oñdit diuine eēntie simplicitatē i ordie ad diua
 attributa. Scđo facit hoc idē i ordie ad diui-
 nas p̄prietates. Scđa ps ibi. Dū autē eēntie.
 Circa istū r̄ptū quero.

ne cuius potest hinc
 ratio r̄stru dicit. Dicit
 dicitur r̄ sapientia
 n̄ vniat̄ r̄ om̄p̄o
 sed q; aliqd̄ accidit
 illi. sed Boni loci
 de viator. n. cogitatio
 p̄ suos effectus p̄
 ipe est causa eēndi
 r̄ hoc q; actu sūt r̄
 a qua causat̄ om̄ia

m ad tere
 eo sit p̄p̄o modū
 sōs eē diuis p̄tina
 n̄ ad modos r̄tina
 absolutos. P̄tina
 cales i diuina r̄tina
 diuerse res ibi p̄tina
 res illis reb; sūt. Sz
 relatiōes reales r̄tina
 los p̄dicatos p̄cedent
 dicitia autē r̄tina modū
 p̄positiōne i r̄tina
 ed loquēdo de modū
 m r̄tina modoz r̄tina
 nomis q; unalcat̄ r̄tina
 v̄s rei absolute quō
 r̄ alia creaturaz. sic p̄tina
 q; esse in diuina. q; h̄o
 mō imp̄o; non est m̄
 l̄o modoz. t̄mō q; p̄o
 ipe esse i diuina. lac̄ s̄
 eēt. Vel p̄ v̄naz r̄tina
 r̄tina dicit̄ r̄tina realit̄
 e in cōntem p̄ter oēs actū
 p̄p̄ōne modales n̄
 r̄rogat̄ diuine simplici-
 tate p̄tina p̄ auctōritate
 s̄ra adducit̄ in illa dicit̄
 eēt aliq; de nouo r̄tina
 r̄firmat̄ oēs illos p̄
 tribuit̄. Sz h̄o
 iudic̄. q; aliq; mō videt̄
 Ponit̄ em̄ illos dicit̄
 v̄na quoz aliq; p̄tina
 tales. aliquos v̄tina
 lamētū p̄sonā p̄tina
 p̄p̄ō p̄sonaz. n̄tina
 mōi m̄ arētā r̄tina
 dicit̄ p̄tina p̄tina

Vtrū aīa intellectiua sit tota ī toto cor/pe. 7 tota ī q̄libet pte corpis. Et vi/tes q̄ nō. q̄ ip̄sibile ē vñū 7 idē sil 7 sel moueri 7 ijs motibz. s; si aīa eēt tota ī q̄li/ber pte corpis qd̄ viuificat. ipsa sil 7 eodē tpe ad motū vñū p̄tis moueret sursum 7 ad motū alteri p̄tis moueret deorsū. 7 c. In 7 iū ē b. Aug. q̄. vi. de tri. c. vi. ait. q̄ aīa simplicior ē corpe. q̄ nō mole diffūdit p̄ spacū loci. sed ī vno quoq; corpe 7 ī vno toto aīa 7 ī qua libz pte eius tota ē. Hic q̄ttuor faciā. Pri mo inq̄rā vtrū aīa rōnalis sit extēsa extēsiōe corpis qd̄ informat. Secdo dato q̄ nō. vtz q̄libet forma corpis p̄ter aīam rōnalē sit ex tensa. Tercio r̄debo ad id qd̄ q̄ querit.

Et q̄rto 7 veritatē terciē 7 clusiōis assigna bo aliqs instātiāz 7 ip̄is r̄debo.

Primum p̄ncipate.

Quantū ad primū

vtrū aīa rōnalis sit extēsa extēsiōe corpis qd̄ informat. dico q̄ nō. Quia omē qd̄ extēditur extēsiōe corpis. hoc diuidit diuisiōe cor pus. sed anima rōnalis nō diuidit diuisiōe corpis. q̄ omē qd̄ naturalr̄ diuidit ad di uisiōnē alicui⁹ hoc etiā corrupit ad corruptio nē eius. aīa autē rōnalis est penitus incor ruptibilis. P̄. tunc cognitio intellectiua n̄ excederet cognitionē sensitīuā. q̄ spēs intelli gibilis recipitur in anima extēsa. 7 p̄ conse/ quēs eēt extēsa. p̄pter quod nō posset duce/ re nisi in cognitionē rei p̄ticularis. ad quā na turaliter potest p̄tingere v̄tus sensitīua. S; has rationes quidāz infrungūt instātiāz assi gnādo. Ad p̄mū ei dicūt q̄ nō sequit̄. diui dit. ergo corrupit. q̄ dato q̄ celū diuideret adhuc tamen quelibet ps celi maneret incor rupta. Ad scdm̄ dicūt. q̄ sicut caliditas re cepta in lacte albo nō est alba. eo q̄ albedo nō sit sibi ratio recipiēdi caliditatem. sic dato q̄ species recipiat in anima extēsa. ipsa tamē nō erit extēsa. quia quāritas siue extēsiō nō est ipsi anime ratio recipiēdi h̄mōi specie Se cūdo dicūt ad idē. dato q̄ anima sit extēsa. nō tamē oportet q̄ intellectus qui est imme/ diate locus speciez. vt p̄. iij. de anima. sit ex/ tēsus. Sicut em̄ aīa fm̄ suā essentiā est actus corpis. 7 tamē intellectus cū sit potētia imma terialis nō est actus corpis. sic dato q̄ anima sit extēsa. nō oportet intellectū eē extēsum.

Prima ra tio.

Secda ra tio.

Instantia 1. ratioz.

Instantia prima 7 se cūda rōez

Instantia scda

Instantia terciā

Tercio dicūt. dato q̄ species sit extēsa. ad huc poterit representare ipm̄ vniuersale. q̄ esse singulare directi⁹ opponit̄ ipsi vniuersali q̄

esse quātum vel extēsum. 7 tamē nō obstante q̄ species sit singularis. q̄ recipit̄ ī intellectu q̄ est res singularis. tñ ducit in cognitionē ipsi us v̄lis. sic r̄c. Rūdeo ad instātiāz primā q̄ dato q̄ celū eēt diuisibile naturaliter. tūc to tum celū esset corruptibile. 7 omnes sue par tes eēt corruptibiles. Sed dato q̄ celuz re/ maneat in eadē dispositiōe qua nūc ē. 7 tamē miraculose p̄ dei om̄ipotentia diuidat tunc ni hil arguit ad p̄is p̄positū. q̄ loqm̄ur de diui siōe naturali. Itē 7 cessa similitudine. tūc ex hac 7 clōne siue instātiā sequit̄ q̄ vna aīa rōnalis p̄ naturalē diuisiōz fiat p̄les aīe rōnāles. Nā si diuideret. 7 tñ pres maneret incorrupte sic pres celi diuisi. tūc q̄libet ps anime fieret tota aīa. aut totaliter frustra p̄maneret. Hoc em̄ 7 munit̄ videm⁹ in om̄ibus formis quaruz pres manēt facta diuisiōe totius. q̄ quelibet ps sit tota forma 7 dat esse totale. Illud autē hereticū est dicere de aīa rōnali que a solo deo creat. Itē primū quod dicūt ad scdaz rōem nō valet. q̄ p̄ncipalis rō eoz q̄ probat aīaz humanā siue rōnalē esse extēsam ē. quia recipit̄ ī extēso. 7 tñ planū est q̄ extēsiō non est ratio recipiēdi ipsam aīaz in materia. cuz hyle sit p̄p̄riū subiectū generatōis. vt dicit̄. i. de generatōe. Sic si ratio tua aliquid valet. p̄tra te optime 7 cludit̄ q̄ si species intelligibi lis recipit̄ in extēso ipsa erit extēsa. q̄us ex tensio nō sit ratio qua recipitur talis species. Et p̄ idē patet q̄ scdā instātiā nō valet. quia intellectus esset extēsus si eētia anime ī qua fundat̄ esset extēsa fm̄ rationē p̄dictam. Et q̄ additur q̄ intellectus est virtus imma terialis. Dico q̄ intellectus suā imaterialitatē h̄z ab imaterialitate ipsi⁹ aīe rōnal. ī q̄ sic in p̄ prio subiecto imediate fundat̄. cuz igit̄ p̄pt qd̄ vñū qd̄q; tale 7 ip̄m maḡ. si intellect⁹ rōe tal immaterialitatis nō ē extēsus nec eētia anime erit extēsa. Nec terciā instātiā valet. q̄ nō q̄libet singularitas impedit̄ rep̄ntatōz ipsius v̄lis. sed tal singularitas puta situalis 7 exten/ sa. talis em̄ singularitas implicat 7 ditiones indiuiduationis. pura hic 7 nunc a quibus abstrahit̄ ipsū vniuersale. P̄. primā 7 celoz p̄bo terciō sic. Nulla forma sup̄ seipsā cōuer/ siua est p̄tibilis vel extēsa. q̄ sicut ait Procl⁹ xv. p̄positione. Omne ad se 7 uersū ē incor/ porū. Et in 7 mēto eiusdē p̄positiōis dicit̄ sic Nō em̄ totum toti copulat̄ partibile p̄ parti um separationē alijs alibi iacentibus. Nulluz igit̄ p̄tibile aptū natum est ad seipsū cōuer/ ti vt totū 7 uertat̄ ad totum. Si quid igit̄ ad se/

Solutio ad instātiāz 7 p̄mā rōz

Ad p̄mā instātiā 7 scdā rōz

Ad scdaz instātiāz

Ad terciā instātiā

Tercia rō clusiōis.

[Marginal notes in a smaller script, partially illegible.]

ipm est dverfiuū incorporeū est et impribile.
 Sz idē pēl' ppōc. c. lvi. ait. q' aīa intellectiua
 sup seipfam est dverfiua. ergo ipsa non pote/
 rit esse extēsa. P. forma q' nō dependet a ma/
 teria. nō extendit extensione materie. quia eo
 ipso q' nō dependet ab ea nō oportet q' ipsam
 consequat' extēnsio vel alia accidētia que p se
 materiā psequunt'. sed anima rōnalis non de/
 pēdet a materia. cū possit eē naturaliter a ma/
 teria sepata. etiā qz i materia exis sibi ppetit
 talis actio in qua omne materiale trāscendit

P. forma q' ē essentialiter r formaliter spū/
 alis nō potest eē extēsa. quia spūale cum sit to/
 tum simul nō potest habere partē extra partē.
 Sed aīa intellectiua est eēntialiter r formalr
 spūal. g' rē. Sz oppositū ist' p'clois qdā
 pbāt sic. Omne illud qd ē subiectū qntitatis
 nccio ē extēsu. qz oē subiectū afficiē suo accidē/
 te. sed aīa rōnalis sicut r qlibz alia forma sb/
 stāntialis ē subiectū qntitatis. qz vel totū ppo/
 sitū fm quod totū ē subiectū quātītatis. r sic
 habet ppositū. quia vtraqz pars cōpositi erit
 subiectū quātītatis. vel totū dicit eē subiectū
 fm alteram sui partē. hec pars nō poterit esse
 materia. ergo erit forma. Q. autē non pos/
 sit eē materia hoc pbāt qntuplr Primo sic

Si materia recipet quātītate fm se r nō me/
 diāte forma subali. tūc materia pus haberet
 eē alterius generis. puta eē quātūm. quod est
 de genere quātītatis. qz eē ppzū generis puta
 eē substāntiale quod habere nō pē nisi phabita
 forma subali. cū igit h' sit impossibile oportet
 q' materia subijciat quātītate mediāte forma
 subali. sicut corp' subijciē colorē mediāte sup/
 ficie. Secdo sic. Quātītatis sic r qdlibz al/
 ud accidēs requirit subiectū exis in actu sim/
 plr. i potētia tū ad actū fm qd. sz cuiuslibet sup/
 posito p'dicamēti sube illa magis competunt
 rōne forme qz rōne materie. Tercio sic. Ef/
 fectus cōis aliquibz reqrit cām cōem i eis cōi/
 ter repibile. sed quātītatis repit cōiter i inferio/
 ribus corpibus r celestibus. cū igit i celo nō
 sit materia. oportz q' quātītatis tam istis qz il/
 lis insit rōne forme. Quarto sic. Sub/
 stāntia prima est subiectū oīm accidētū. vt pz
 in li. p'dicamēroz. sz materia cū forma ē suba
 pma. ppter qd dī. i. phisicoz. q' materia cum
 forma est cā oīm accidētū que fiunt in ea. si
 cut mater. Quito sic. Idem est subiectuz
 dimēsiōnū terminataz r intermiataz. sz ma/
 teria nō ē subiectū dimēsiōnū terminataz ni
 si p formā. qz suppositū nō habet eē termina/
 tū nisi p formā. g' nec intermiataz. P. omne

qd informat subiectū quātū r extēsum. Sz op/
 tet eē quātūm r extēsum. qz omne qd recipit
 ad modum rei recipientis recipit. etiam quia
 oportz esse pformitatem inter pfectionem r p/
 fectibile. Sed dato q' anima rationalis non
 eēt subiectuz quātītatis. tūc oportz necessario
 q' ipsa reciperet in materia quātā. r informan/
 do eam coaptaret se cuiuslibet parti eius. ergo
 necessario eēt extēsa. P. si alicui māco tri/
 bueret a deo miraculose vna manus. aut hu/
 iusmodi man' aiabatur p animā de nouo cre/
 atam. r sic vnus hō haberet duas anias eius/
 dem rationis. qd ē in conueniēs. Aut aīa pēri/
 stēs mouebit ad illā ptem de nouo creatā dere/
 linquēs aliam ptem quā primo informabat.
 r tunc illa ps moreret et fieret inanimata. qd
 similiter est inconueniēs. aut manēs in pma
 parte extendet se ad partē de nouo creatam. r
 tūc habetur intētum. i. q' vere sit extēsa. Sz
 illa non concludūt. quia omne extēsum quā/
 titate naturali que est de spera actiuoz r pas/
 siuozum. r si vnū est actu. est tamē in ultra po/
 tētia. si ex sua diuisione nō corrumpit. Et di/
 co notāter quantitate naturali de spera actiuo/
 rum r passiuozū. ad remouendū instāntiaz de
 celo. quod qūis sit extēsum. sic tamē est vnū
 in actu q' nō est multa in potētia. Dixi etiā
 si ex sua diuisione nō corrumpit. ad remouē/
 dum instāntiam que posset fieri de forma equi
 r ceteris consimilibus. que si diuidunt corū/
 puntur. Sed si anima humana esset extē/
 sa. hoc nō fieret p quantitatē celestem. sed per
 quātītatem existentē in spera actiuoz r passi/
 uozum. r ipsa fm fides est incorruptibilis. er/
 go qūis anima sortis esset vna actu. ipsa ta/
 men esset multa i potētia. Ad primuz di/
 co ad minozē q' anima nō est subiectū quātī/
 tatis. ita q' recipiat in se quātītate subiectiue.

Propter probationes autē scienduz q' to/
 tum dicit extēsum rōne vtriusqz partis. ali/
 ter tamen r aliter. Dicit emē extēsum rōne
 materie. eo q' materia suscipiat quantitatē.
 ipsa emē est ratio susceptiua quātītatis. forma
 vero est ratio suscipiendi quātītatem. eo q' ne/
 cessitet materiā ad habendā quantitatē r cete/
 ra accidētia. sine quibus ipsa anima i h'moi
 materia nō potest conseruari. Nō tamē est si/
 mile de anima r superficie. licet pro simili ab
 istis accipiatur. quia superficies sic est corpori
 ratio suscipiēdi colores. q' etiam in se est ratio
 susceptiua eorūdem coloruz. ppter quod et/
 am sepata a corpore adhuc informatur colo/
 re. vt p'tz in sacramento altaris. Quima vero

Quarta rō

Quinta rō

pi. ger. melite. Quima rō principalis.

mafia sit subie/ u qntitat'

2

3

4

5

Scda rō principalis

Tercia rō principal ger.

Scda opi ni. Ser.

Solo rō/ nū Ser. Ad i

n. r tamē nō obstat
 q' recipit i intellectu
 uca in cognitionē
 leo ad infānz p
 ble naturaliter
 ble. r omnes iue po
 Sed dato q' eam
 oēi qua nūc. tē
 tētia diuīdof
 itū. qz loq'mur de
 a filitudinē. tūc
 ut q' vna aīa rōnā
 ples aīerōnāles
 nancit' incorpore
 et po anime hōmī
 ra pmanet. Dicit
 mibus formis que
 sioe totius. q' quā
 effertale. Illud
 ia rationali que
 u quod dicit ad
 ipalis rō cor' q' p
 vale esse extēsam. q
 lanū est q' extēsa
 m aīaz in materia
 i generatōis. vt
 ratio tua aliquōd
 lat q' si species
 ipsa era extēsa. q
 ua recipitur ralis
 lectia instāntia nō
 et extēsa si aīa
 tū fm rōne p'dicā
 lectus est vtrius
 ctus suā imātalit
 p'dicāntia. i. q' sic
 de fidat. qz igit
 mag'. si intellect' rō
 ē extēsus nec cōm
 ercia instāntia valet
 impedit repitāz
 itas pura situalis
 ritas implicat
 pura hic r nunc a
 versale. P. p'mā
 la forma sup sep
 extēsa. qz hōmī
 mine ad se p'p'ri
 o autē p'p'ri
 r copulat p'mā
 s alibi tacet
 tam est ad
 d totum. Sz p'p'ri

Intellectiva sic e corpi hūano rō recipiēdi q̄ntitatē ⁊ cetera accidētia corpea. q̄ tñ nō recipit i se hūoi accidētia. als ania rationalis a corpe separa maneret extēsa. sicut superficies separata manet colorata. Pōt igit dici compositū ex rēsum ratione forme hūane. qz ppositū rōe talis forme exigit i materia q̄ntitatē. Et sic etiā intelligēdū ē illud phi. i. phi. c. Materia subiecta cū forma ē cā oim accidētuz q̄ sūt in ea. Et p hoc p̄z ad alias p̄batōes. Assumit tñ i tertia p̄batōe falsū. qz in celo ē materia pp̄ue dicta. vt patebit i. ij. li. di. xij. Ibi em̄ hāc materia tractare intēdo. Ad scōdaz rationē dū cēdū q̄ minor ē falsa. qz aia p̄us naturalr̄ ifoz mat cēntiā materie. q̄uis i eodē instāti mat̄ia recipiat quāritatē. cui⁹ receptiōis rō ē ipsa forma modo quo iā dictū ē. Dices forte cum aia informat materiā quātā optz q̄ coaptz se p̄tibz materie quāte. als nō ēēt p̄portio p̄fectiōnis ad p̄fectibile. Dico q̄ sic coaptat se q̄ ē tota in toto. ⁊ tota i qlibet p̄te. sicut patebit in tertia p̄clōe. ⁊ h̄ sufficit ad saluādū hūoi p̄portione. Nō em̄ optet q̄ aia rōnal̄ sequat̄ in oibz leges materie mō ceteraz formaz cū ipa sit imaterial ⁊ incorruptibil. nec educat̄ de p̄tētia materie. ⁊ in h̄ differt ab alijs formis materia in formātibz. Ad tertiū dōm. q̄ sic cū aliq̄ caro acq̄nt̄ p̄ nutrimentū tota aia incipit in ea eē. eo q̄ tal̄ caro h̄z ordinē ad totū. ⁊ hoc fit sine motu ⁊ extēsiōe ipsi⁹ aie. sic ⁊ i tali manu miraculose creata aia incipet eē sine motu ⁊ extēsiōe formali q̄dā p̄ntiā. eo q̄ tal̄ man⁹ effecta eēt p̄ illi⁹ rōni⁹ corpi⁹. in cui⁹ qlibz p̄te fm̄ sui naturā ē tota aia rōnalis. ⁊ ipm̄ p̄moz p̄ se informat. ⁊ p̄ns quālibz p̄te eius.

Ad 2

Instantia

Solutio.

Ad 3

Secōs p̄ncipale.

Quantuz ad secun
duz p̄ncipale. vtz quelibet forma corporis p̄ter animā rōnalē sit extēsa. Dico q̄ forme corpi⁹ hoc est forme q̄ sunt in corpi⁹ sunt duplices. Quedaz em̄ sunt intētionales. ⁊ de his nihil ad p̄ns. qz in scōdo distinctiōne. xij. cū determinato de luce corpali de eis aliquid dicā. Alie sunt reales. ⁊ de his om̄ibz q̄ sūt reales forme realr̄ materiā informatēs siue sint subales siue accidētales p̄ter animā intellectiua. dico q̄ sunt vere quāte. vel p̄ se. sicut ille q̄ sunt in p̄dicamēto quāritatis. vel saltem p̄ accidēs. sicut alie omnes forme corpales. que si accidētales sunt fundant̄ i materia mediāte quāritate. ⁊ p̄sequēs quēdam modū quantitatiū formant̄ p̄ iūctiōnē earum cū mat̄e

ria quāta. Si vero substantiales sunt. tūc recipiūt quāritatē sicut ⁊ ipsa materia. cum ita possint eē ratio recipiēdi quāritatē ipsi mat̄ie q̄ etiaz p̄nt eē ratio receptiua. ⁊ in se recipere quāritatē. Sed qz p̄ns questio mora fuit nō de quacūqz forma sed de substantiali. nec de q̄cūqz quāritate. sed solū de extēsiua. que magis pp̄ue videt̄ eē p̄tinua. idō p̄dictos terminos ad p̄positū restringēdo dico q̄ ois forma subalis ē extēsa p̄ter aiaz intellectiua. Quia ois forma q̄ vere diuidit̄ diuisione quāritatis p̄tinue vere extēdit̄ extēsiōe quāritatis cōtinue. Sed ois forma subalis i s̄pera actiuoz ⁊ passiuoz vere diuidit̄ diuisione quāritatis p̄tinue. q̄ ⁊ c. maior ē nota. etiā minor p̄z de aliq̄bz puta de formis elemētōz Diuisa em̄ quāritate ipsi⁹ aq̄ diuidit̄ ipsa aq̄. ⁊ p̄ns diuidit̄ etiaz forma subalis aq̄. als p̄ ipsā diuisione generat̄. qd̄ ē de rōniū dicere. Et eodē mō p̄z d̄ formis mixtoz in vegetabilibz. qz p̄tes decile a suis totis retinet̄ aiam vegetatiua. P̄tz etiā in animalibz annulosis. quoz p̄tes etiaz decile viuūt. Sed qz dubia aliquibz sp̄aliter videt̄ illa minor in animalibz p̄fectis. ideo p̄to eam sic. Illa forma que corrumpit̄ ex diuisione quantitatis alicui⁹ subiecti vere diuidit̄ ex diuisione hūoi quāritatis. Sed ania vere corrumpit̄ ex p̄tinua ⁊ multiplicata diuisione quāritatis cuiuscūqz p̄fecti aialis. q̄ vere diuidit̄. minor ē nota ad sensū. maior etiā satis p̄z qz nō apparet q̄re p̄ talē diuisionem corrumperet̄ nisi p̄ hūoi diuisione forma attingeret. P̄ forma q̄ sic educit̄ de potētia materie vlt̄ de materia q̄ tota educit̄ de tota ⁊ p̄ se de parte. vere extēdit̄ extēsiōe subiecti. sed om̄is forma substantialis i s̄pera actiuoz ⁊ passiuoz p̄ter aiam rōnalē est hūoi. q̄ ⁊ c. Ista est rō doctoris nostri. ⁊ impugnat̄ sic. Forma subalis naturalr̄ p̄us dat̄ eē materie qz ipa q̄ntitas q̄ educit̄ de materia nō quāta. ⁊ p̄ns minor ē falsa. qz nec forma nec materia h̄z p̄nt̄ nisi p̄ quāritatē. Ad h̄ doctor̄ iuxta p̄ncipia sua de facili pōt̄ respondere. qz ipse cui⁹ p̄metator̄ tenet q̄ materia nunq̄z totalr̄ separa a quāritate. ⁊ idō fm̄ eum in nullo prior̄. forma substantialis informat materiā nō quātā. Sz dato q̄ p̄oz subiecto corrupto in p̄ucto generatiōis om̄ia accidētia corrumpant̄ corruptione subiecti sicut ego magis credo. tūc q̄uis instantia sit multū apparens. tamen potest dici q̄ adhuc partes forme dicunt̄ educite de p̄tibz materie. qz nulla mora intercept̄ nec temporis nec instantis inter corruptionē ipsā generatōis

Conclō

Instantia

Solutio

qz ergo nec tēpe nec instanti materia fuit sine forma subali. nec etiam sine quāritate. ergo zc. Utdicēdū q an prioris subiecti corrupti ones tota materia disponebat ad hoc qz tota forma de ipsa educeret. z ps materie disponebat vt ps forme de ipsa educeret. ideo forma sic educta vere erit extensa. qz vere erit educta tota forma de tota materia. z pars de parte.

forte itez dices. si nullū interuallū est inter generationē z corruptionē nec tēps nec instāns. tūc generatio z corruptio erūt in eodē instāti Doctor n̄ negaret p̄seqntiā. qz vt pz i scripto suo sup. viij. phisicoz. ipse vult qz vt tūm tēps corēspōdet corruptioni. Sed instās ad quod immediate tale tēps copulat cōrēdet generationi tāqz dignius digniori. modo inter tale tēpus z h̄mōi instās nullū cadit mediū. Sed qz corruptio ē eā istanea sicut generatio. nō video qz tēps q̄slibet vlti mū vel breuissimū possit corruptioni cōrēdere. ideo cedo māz ad p̄ns. nec reputo māz ēē impossibile Sed impossibilitas forte p̄bat mihi sic. Termini incōpossibiles nō p̄t ēē simul i eodē instāti. generatio z corruptio sūt termini incōpossibiles. Rūdeo qz generatio z corruptio p̄t capi dupliciter. Uno modo respectu vnus z eiusdē rei. z sic sūt incōpossibiles. natura em̄ rei non patit qz i eodē instāti quo ignis generat i eodē instāti idēz ignis corrupat. Alio modo respectu alterius z alteri rei. z sic sūt p̄possibiles naturalit. qz nullā ad inuicē h̄nt repugnātiā. Cū igit generatio z corruptio non sint respectu eiusdē rei. ergo minor fuit falsa. Sicut. n. motus augmēti z motus alterationis simul sūt i eodē subiecto. eadē em̄ res simul p̄t augeri z calefieri. eo qz illi duo motus nullam habēt ad inuicem repugnātiā. sic i eadē materia simul potest ēē corruptio aeris z generatio ignis vel econuerso. eo qz tales mutatōes sūt p̄te respectu diuersorum terminoz nullam habēt ad inuicem repugnātiā. Necesse em̄ est qz sint in eodē instāti generatio z corruptio isto modo sumptē. quia natura nō generat vnuz nisi corrupendo alterz. ideo expulsio vnus forme z introductio alterius oportet qz simul sint. Sicut em̄ cum clauus clauo expellit. si mul cuz vnus impellit alter expellitur. sic zc.

Sed contra zclusionē in se sunt due op̄niones. Una antiqua qz nulla forma substāntialis sit extēsa. quia omne quod extēdit. aut extēditur fm se. z sic sola quantitas est extēsa. aut extēditur ex eo qz recipitur i extēso.

sic albedo est extēsa. Sed forma substāntialis primo modo nō extēditur. cū non sit quantitas. nec secūdo modo. cū recipiat immediate in nuda materia. Sed illa op̄inio sensui contradicit. qz nulla generatione facta ipsius aque. vna aqua diuidit in duas partes aque que ab inuicē de po rātur vtraqz parte manēt aqua. quod esse nō posset nisi forma substāntialis aque fuisset extēsa. Ratio etiam p̄cedit ab insufficiēti diuisione. quia si ēēt sufficientis: tūc materia nūqz posset extēdi. quia ipsa nec est quāritas nec recipitur in quanto. cum ipsa sit omnū receptiua. z in nullo possit recipi. Nō igitur solum aliquid extēditur eo qz fm se sit quantū. vel quia recipit i quanto. sed etiam qz ipsum recipit in se quāritatez sicut materia. vel quia educit de quanto sicut forma substāntialis p̄ter animā intellectuā.

Secūda est op̄inio qz nulla forma animatorum est extēsa. Quod probat primo sic. qz forma nō equaliter respiciēs totum z partes. nō est extēsa. sed nulla forma animatoz eā luter respicit totum z partes. q̄suis em̄ quelibet pars ignis eque vere dicat ignis sicut totus ignis. tamen quelibet pars animalis nō dicitur animal. ergo nulla forma animatoz ē extēsa. P̄ forma requirens partes diuersarum rationū nō poterit esse quāta. quia de ratione quāti vt quārum est: est qz habeat p̄tes eiusdem rationis. sed om̄is forma animatorum requirit p̄tes diuersaz rationū. igit zc.

P̄ forma nō habens easdem op̄ationes in toto z i singulis partibus nō est quāta. forme animatoz nō habēt eadē op̄atōes i toto z i singulis partibus. ergo zc. Sed nec ista op̄inio videt esse vera. quia ad sensum videmus qz plāte z quedā animalia de cisa viuūt tanqz in his aia existēte actu quidē vna. potētia vero plures. vt dicit. ij. de aia. Illud autē nō p̄tungeret nisi forma subalis in illis ēēt extēsa. Ad rationes dicēdū. qz si forma educit de potētia materie z diuidit diuisione materie. tūc necio optet qz extēdatur extēsiōe materie. nō obstāte inequali denoiatōe quo ad p̄mā rationē. nec partiū diuersitate qz ad secundā. nec varietate op̄ationū quo ad terciā rationē. Si em̄ p̄ma rō zcluderet. tūc forma circuli nō esset extēsa. quia non equaliter denominat totum z partē. nec equaliter om̄es partes. Nō em̄ quelibet pars circuli est circulus nec qlibet ps circuli ē semicircul⁹. Si scda cōcluderet: tūc forma celi nō esset extēsa. cum partes sue sint diuersaruz rationum. vt patet ex

Costra op̄i

Solo rō/ nis.

Secūda op̄i. z etho me. p. i. q. 76. z i qoi bus de aia. z p̄ gētilēs.

Costra thoma

Solo rō/ nū thome.

abstāntiales sunt. hinc z ipsa materia. cum dicitur quantitate ipsi... receptiua. z in se... quod est mota... de substāntia. nec... olū de extēsa. op̄... nua. ido p̄dicatō... agido dico qz... az intellectionē... dicit diuisione... ratione quāritate... subalis i p̄ra... h̄t diuisiōe... etā minor p̄... toz. Diuisa em̄... iq. z p̄ns diuisiō... ip̄ ipsa diuisiōe... re. Et eodē mō... tabilibz. qz p̄ns... n vegetatiua. P̄... nulloz. quoz gener... Dubia aliquoz... nimalibz p̄fectis... a que corrupit... cū subiecti vere... āritatis. Sed mā... a z multiplicata... p̄fecti alialis. qz v... d sensū. maior mā... p̄ talē diuisionem... vnūz op̄iōne am... dicit vt p̄tētia materie... tūc de tota z p̄te p̄... ne subiecti. sed om̄is fo... ra actiōz z p̄tētiōz... moī. qz. Ita est... p̄pugnātiā sic. forma... e e materie qz ip̄o p̄... nō q̄nta. z p̄ns motū... materie bz p̄tētiā... corūz p̄tētia p̄ncipia... z ip̄e cuz p̄tētia... calē sep̄at a quāritate... uerū. forma substā... o quāta. Sed p̄ns... p̄tētia generatiō... p̄tētia corrupciō... edo. tūc quoz mō... tamen potētia p̄tē... nō. educit de p̄tētia... interceptiū n̄tētia... p̄tētia p̄tētia

Instantia

Solutio.

Instantia

ia opi.

varietate cator. Aliq em ptes celi sunt ca frigiditatis. aliq de caloris. Et sicut de forma domus. et de multis alijs. Si tertia concluderet. tunc forma grani tritici non esset extensa. quia planus est in cuspide est alteri operatio quod in alia sui parte. Experiencia enim docuit quod formice quadam naturali industria grana que portat corrodunt in cuspide ne germinet.

Tercium principale.

Quantus ad terciu

1 principale dico quod anima humana est tota in toto corpore. et tota in qualibet eius parte. Quia illa forma que indivisibilis permanens informat totum et quantumlibet eius partem. illa est tota in toto. et tota in quantumlibet eius parte. Sed anima intellectiva est homini. 2 ut patet ex precedentibus. igitur etc. Item. b. Aug. in sermone de imagine illud expressit ponit. et vi. de tri. c. vi.

Quartum principale. Ser. car. melita et quidam alij

Sed contra hanc veritatem

1 quidam arguunt multiplex. Primo sic. Si tota anima esset in una parte. tunc nihil ipsius anime esset in alia parte. consequentia probat. quod totum est extra quod nihil est. Abscisa manu ab humano corpore si tota anima esset in illa manu. tunc aut tota corrumperetur. aut maneret in illa manu. aut iret ad aliud corpus. aut rediret ad corpus a quo abscondit. Non primo modo cum sit incorruptibilis. et tota remaneat in residuo corpore. Nec secundo modo. quia tunc manus illa separata viveret. Nec tertio modo. quia tunc una anima vivificaret duo corpora. Nec quarto modo. quia nihil moueret ad illud in quo perfecte est. sed anima perfecte manet in corpore residuo. non obstantia te manus abscissione. ergo non fuit tota anima in predicta manu. 2 Sed cum partes corporis sint infinite. id est creatum indivisibile esset in infinitis partibus. quod est impossibile. 3 Item. illi datur esse actuale in quo est tota anima. si ergo tota anima esset in qualibet parte. quilibet pars haberet esse actuale. quod est contra rationem partis ut pars est. quia secundum philosophum partes sunt potentia in toto. 4 Sed id quod est in aliquo ita modico quod non potest esse in minori. non est indivisibile. nec per consequens potest esse totum in qualibet parte eius in quo est. Sed anima humana poterit informare ita modicum corpus quod non posset minus informare. ergo etc. Maior patet. quia receptivum eius quod est indivisibile nunquam potest esse nimis modicum. Minor etiam patet. quod de anima. ubi dicitur. quod omnis natura constitutum certa est mensura magnitudinis. 5 Sed anima sensitiva hominis non

est tota in qualibet eius parte. ergo nec intellectiva. antecedens supponit esse notum. consequentia probatur. quia que sunt idem realiter illud quod convenit uni et alteri. sed sensitiva et intellectiva sunt idem in homine realiter. cum in homine sit in una forma substantialis. 6 Sed si anima humana esset tota in toto corpore. et tota in qualibet eius parte. tunc omnes potentie anime essent in qualibet parte corporis. quia ubique est subiectus. ibi necessario sunt naturales proprietates subiecti. sed potentie anime sunt sue proprietates naturales. 7 Item posset aliquis dicere quod hec conclusio dicitur prime. quia anima hic appellatur tota. cum ergo ratio totum sumat in ordine ad partes. nec possit aliquid esse totum quod nullam partem habet. videtur quod hec conclusio destruat primam. in qua dicebatur quod est indivisibilis et penitus inextensa. 8 Sed omne totum est maius sua parte. sed anima non potest dici maior aliqua parte. cum nullam habeat. iuxta positum est per me conclusionis. ergo idem quod primum. 9 Sed sicut quod est hic non est alibi. sic quod est in se totum in aliquo terminato situ. nihil sui poterit esse alibi seu in alio situ. Sed manus hominis tenet alium situm a pede. igitur si tota anima esset in manu. nihil sui erit in pede. ideo etc. Sed ista sophismata non concludunt. 10 Ad primum dicendum quod anima esse tota in aliquo potest intelligi dupliciter. Uno modo sicut in proprio perfectibili. Alio modo sicut in eo quod ordinatur ad proprium perfectibile. Primo modo ubique est tota anima extra illud nihil est ipsius anime. quia ut sit totum corpus humanum videtur ipsi anime tanquam suum proprium et proprie perfectibile. Secundo modo tota anima potest esse in aliquo. et tamen ipsa tota potest esse extra illud. ut sic enim tota anima est in qualibet parte. et tamen a nulla parte determinatur ipsa anima ad esse in modo in illa parte. cum sit per accidens in ea. Ad secundum dico quod si eandem formam argumenti eadem difficultas sequitur contra te qui dicis animam esse extensam. quia quero de parte anime que est in manu dum absconditur. aut illa pars anime corrumperetur. et sic tota anima illa esset corruptibilis. quia eadem ratione anime partes per hominis divisiones essent corruptibiles. quia omne totum est corruptibile. igitur quilibet pars est corruptibilis. Aut revertitur ad corpus. tunc due partes forme eiusdem rationis informarent idem siue eadem parte perfectibilis. Dico igitur ad formam argumenti quod anima perfecte in toto corpore. in nulla autem parte est nisi in quantum illa pars habet ordinem ad totum. Si ergo aliqua pars nunc habens ordinem ad totum postea recidit a tali ordine. siue per abscissionem. siue per affectionem. siue per quamcumque aliam viam hoc fiat. tunc anima desinit esse in tali parte.

Solutio rationum Ad 1

Ad 2

margin notes on the right edge of the page, including the words 'Solutio rationum' and 'Ad 1'.

Ad 3 non p motū vel mutationē sui. sed p mutatio nē illius pris. Ad terciū dicēdū q̄ quis p tes mathematicē sūpte sint infinite. tñ pres naturales corpis humani finite sunt. qz est dar remunā carnē. vt pz. i. phisicoz. Possz igit̄ dici q̄ partes habētes ordinē ad totū naturalē sunt partes naturales. t in illaz qua/ libet parte est tota anima. t cū nō sit in ptenī si vt habet ordinē ad totū naturale. nō oportet eā esse in qualibet parte mathematica distin/ cte. qz nec ille pres distincte signari possunt. sed totā eaz multitudinē. Possēt etiam di/ ci q̄ nō est inconueniēs aliq̄d creatū simul esse i infinitis q̄ in potētia tm̄ sunt t nō actu.

Ad 4 Ad quartum dicēdū q̄ illi dat esse actua/ le i quo est ipsa tota anima p se t tanqz in pro prio pfectibili. Nō autē illi i quo est tota aia p accidēs. puta vt ordinē habet ad suū ppriū pfectibile. Primo mō aia est in toto corpe or ganico phisico. vt pz. ij. de aia. Secdo mō est i parte. Ad q̄ntum dicēdum q̄ maiorē ve ra te eo q̄ est in aliquo fm̄ p̄mensuratōem lo calem. nō autē de eo quod est i aliquo fm̄ pro portionē formalem siue pfectionalē. Sic em̄ anima rationalis q̄uis nō sit qualis seu acci dētalī sed substāntialis forma. requirit tamē debitas qualitates suū suscepibile disponen/ tes. sic q̄uis nō sit quāta. requirit tñ debitas quantitatē in suo pfectibili. cū oim̄ natura cō stāntium sit debita mensura magnitudinis et augmēti. vt dicit. ij. de aia. Ad sextū dicē dū q̄ aia sensitua in homie potest sumi p es sentia anime. t sic est idē quod intellectiua. t vt sic nō extēditur. Alio modo sumit̄ pro po tētia sensitua. t sic extēditur extēsiōe organi in quo fundat̄ subiectiue. Ad septimū di/ cēdum q̄ psequētia est falsa. loquēdo de potē/ tijs sensituijs. quia ille nō sunt i anima sicut i subiecto seu subiectiue. sed solū sicut in radi/ ce. i organis autē fundant̄ subiectiue. De intel lectu autē t volūtate potē dici q̄ mediāte essē tia aie i qua immēdiāte fūdant̄ sunt i toto cor pore humano t i qualibet parte corpis: vt ha bet ordinē ad totū. Ad octauū dicēdum q̄ cum dicit̄ tota anīa. ly tota q̄ntum ad p̄sens spectat. potest itelligi dupliciter. Uno modo de toto integrali composito ex partibus quānta tiuis. Alio modo de toto virtuali cōposito ex partibus potestatiuis. Primo mō nō potest dici anima humana i aliquo esse tota positi ue. cum nullas habeat pres quāntitariuas. sed p̄uatiue. puta tota anima dicit̄ esse i aliquo quia nihil est ipsius aie quod nō sit i eo. Si

cut etiā de dicit̄ esse totus i aliquo. q̄uis nisi las habeat pres quāntitariuas. Secdo modo aia potest dici totū positiue. t potest dici tota i aliquo inq̄ntum nulla potētiāz immēdiāte i ea fundataz excludit̄ ab illo. Ad nonū di cēdū. q̄ vt aia habet pres positiue. sic ē maior qualibet sua parte. t qz tales pres habet virtu ales. bñ sequit̄ q̄ anīa sit maioris virtutis qz q̄cūqz sua potētia p̄se sumpta. Ad. x. p̄t̄ p ea q̄ dicta sūt ad primū t ad octauū. Pot etiā dici q̄ aliquid esse in dēterminato situ po test itelligi duplicif. Uno modo situ aliter. ita q̄ cōmensuret̄ loco illius situs. Alio mō nō situ aliter. t isto scdo mō maior ē falsa. nā to tū corp⁹ xpi ē i h dēterminato situ. puta in hoc altari. Attamē qz nō ē ibi situ aliter. ideo non obstante q̄ sit in isto altari. etiam est in plu ribus alijs locis. Sic anima intellectiua si/ ue rationalis i nulla pte corpis est situ aliter. q̄ nō obstāt q̄ tota sit i vna pte. sibi nō repu gnat simul esse in alijs partibus. Forte di cetur q̄ anima etiāz i toto corpe quod p se in format nō est situ aliter. ergo fm̄ istam respō/ sionē simul esse possēt in pluribus corpibus.

Respōdeo q̄ q̄uis anima nō sit i toto cor pore situ aliter t circūscriptiue. tamē est i toto diffinitiue t dēterminatiue. Propter qd̄ duz est in isto corpe nō potest eē in alio. t hoc via nature. Utrū autē aliqua p diuinā potētiāz possit simul esse in pluribus corpibus. pate/ bit domio pcedente in lectura quarti libri.

Ad argumentū p̄ncipale i oppositū dicē dū. q̄ nō est incōueniēs vnū t idē moueri i/ rris motibz dū mouet̄ p accūs. Forte dices clau⁹ in fix⁹ nauī mouet̄ p accidēs ad motū na uis. t tñ i p̄ssibile ē q̄ sil moueat̄ sursum t reor sum. Rñ. q̄ aliqd̄ pot̄ dupl̄r moueri p acci dēs. Uno mō q̄ sic mouet̄ p accidēs q̄ tñ mo tus formalr̄ ipm̄ attingit. t i ipō recipit̄ sub/ iectiue. t sic vnū t idē q̄uis moueat̄ p accūs. tñ nō pot̄ naturaliter sil moueri i rris moti bus. qz tūc i rris sil recipit̄ i eodē. Alio mō q̄ ipm̄ sic mouet̄ p accidēs ad motū eoz i q̄bō ē. q̄ tamē motus ipm̄ nō attingit. nec subiectiue mot⁹ in ipso recipit̄. t sic vnū t idē pot̄ moue ri i rris motibus simul t semel. Un̄ si due ly nec copulate ad eundē punctuz possent tali/ ter disponi q̄ vna moueret̄ altera quiescente. idem punctus possēt dici moueri ad motuz vnius. t quiescere ad quietē alterius sine ali/ qua repugnātia. eo q̄ mot⁹ nō recipit̄ i se sub iectiue. Et eodē mō de motibz r rrijs. si vna linearum moueret̄ sursum. t alia reor sum.

Ad 9

Ad 10

Instantia

Rñ.

Ad argu/ mentū p̄ncipale. Instantia

Solutio.

is pte. nec in
it̄ illius pris.
realiter illud quod
ensuata tunc
ncū in p̄sentiā
aia humana
salter eius p̄sentiā
ie i qualibet parte
subiectuz. tñ nō
rates subiecti. sicut
rates naturales.
e q̄ hoc dicit̄
pellat̄ tota. cū
te ad partes. nec
nulla p̄t̄ h̄z. vidē
mā. in q̄ dicit̄ q̄
in p̄sentiā. p̄sentiā
anima nō pot̄
habet. i rris p̄sentiā
idē quod p̄sentiā
ic qd̄ ē fm̄ se totū
il sui potētiā ē ab
tus homis t rris
tota anima est i
eo t. Sed ista
Ad primū dicēdū
aliquo potest itelligi
t in p̄sentiā p̄sentiā. b
od ordinē h̄z ad p̄sentiā
o vbiqz ē tota aia
as aie. qz vt sic totū
si aie tanqz sui p̄sentiā
bo mō tota aia potest esse
p̄ potētiā extra illud. vt i
qualibet pte. tamē a nō
la. anima ad eē immo
tē dēs i ea. Ad i cōm
nā argumēt eadē dicit̄
q̄ dicit̄ aiam eē extēsiā
que est i manu duz dō
anime eoz rum p̄t̄. cū
p̄t̄ dō. qz eē rōne ali
tōne corruptibiles qz
q̄ q̄libz ps ē corrupti
qz nōc due partes
arū idē siue eadē p̄t̄
o mā argumēt q̄ p̄t̄
a aut̄ parte cū nō
mē ad totū. Si ergo
dicit̄ ad totū. p̄t̄ dō
p̄ absēsiōem. aia p̄t̄
per quam eoz aia
vna r rrijs q̄ntum p̄

Alia solu-
tio Egidij
Ad argu-
mentu pui-
cipale.

Lū g̃ clau⁹ infir⁹ nani recipiat i se motū subie-
ctiue ⁊ non aia. ideo non est sile de clauo ⁊ de
aia Vel posset dici q̃ sicut aia nō est in pre-
nisi i ordine ad totū. sic nō mouet p̃ accidēs
ad motū pris sed ad motū totius. Lū igit to-
tū non possit simul moueri p̃ijs motib⁹. ergo
nec aia. Illa est solutio doctoris nostri. ⁊ eaz
possum exemplo declarare. Planū ē em̃ q̃ lo-
cus formaliter sumptus nec mouet p̃ se nec p̃
accidēs. ṽ p̃z. uij. phicoz. cui⁹ nō possumus
aliā cāz assignare nisi q̃ loc⁹ formalr sumpt⁹
nō fundat in corpe ambiēte simplr ⁊ absolu-
te. sed solū vt illud corpus hz ordinē ad vni-
uersū. ⁊ ideo ad motū tal⁹ corpis nec mouet p̃
se nec p̃ accidēs vniuerso nō trāsmutato. loc⁹
vero materialr sumpt⁹ puta vltima superficies
corpis ambiētis. qz absolute fundat i tali cor-
pore. ideo mouet saltē p̃ accidēs ad motū tal-
lis corpis. Sic qz aia nō ē in pre. nisi inq̃stū
talis ps ordinē hz ad totū. ideo nec p̃ se nec p̃
accidēs mouet. nisi moueat totū. Et vt di-
xim⁹ q̃ vni ⁊ idē simul ⁊ semel mouet motib⁹
p̃ijs p̃ accidēs scdo mō dictū. p̃z i corpe xpi
qd̃ vt hz ēē in sacro sil mouet sursum ⁊ deorsū.
sicut qñ vn⁹ sacerdos eleuat corpe xpi. alter sa-
cerdos eleuatū infer⁹ reponit Sic aia d̃r mo-
ueri p̃ accidēs ad motū corpis qd̃ informat.
q̃ tñ subiectiue ipse mot⁹ nō recipit in ipa aia
ipsa. n. nō p̃t ēē subiectū mot⁹ corpal. cuz ipsa
sit indiuisibil. ⁊ mot⁹ trinu⁹ sit ⁊ diuisibilis

Distinctio nona

Nunc ad di-
stinctionē psonaz ⁊c. Post
q̃ m̃gr̃ determinauit de di-
uina generatōe. i ista pre-
determinat de generatoris ⁊ geniti coeterna du-
ratōe. Et diuidit i duas pres. qm̃ p̃mo tāgit
coeternitatē pris ⁊ filij q̃tum ad modū essen-
di. Scdo q̃stū ad modū pdicādi ⁊ significā-
di. ibi. Dic queri p̃t ⁊c. Prima diuidit in q̃t-
tuor pres. Nam p̃mo p̃mittit diuinaz perso-
naz distinctionē. Scdo annectit pris ⁊ filij
equalē durationē. Tercio p̃tra hāc veritatez
inducit hereticor obiectionē Et quarto refel-
lit obiectionis p̃sumptionē. Scda ibi. Genit⁹
ē em̃ ⁊c. Tercia ibi. Sed p̃ hoc dicit. Quar-
ta ibi. Sed q̃ris inquit. Tūc sequit illa ps
Dic queri potest ⁊c. Et diuidit in duas. qz
p̃mo p̃mittit quādam iniquū disputabilē ⁊ du-

biā. Scdo infert vnā p̃clusionē determinate
tenedā. ibi. Dicamus g̃ filij. Prima i duas.
qz primo ponit dicta doctor q̃ videt sibi mu-
tuo repugnare. Scdo nitit h̃mōi dicta i ve-
ritate ⁊ cordare. Scda ibi. Sed ne tāti. Pri-
ma i duas. qz primo ponit auctes affirmātes
q̃ nō semp nascit filius. Scdo illas q̃ dicūt
q̃ semp gignit seu nascit filius. ibi. Dugenes
p̃o. Dic quero circa distinctōem nonā.

Vtrū p̃t sit p̃or filio. Et videt q̃ sic
qz oē generās ē pus genito. pater est
generās filij. ergo ⁊c. Maior p̃z. qz
agere p̃supponit esse. g̃ optet q̃ p̃t sit aq̃s ge-
neret. Minor p̃z ex fide. In p̃ranū ē ma-
gister i lra i illa. ix. dist. vbi ait. Genit⁹ ē a p̃e
filius. ⁊ ideo fili⁹. nec tñ añ pater fuit q̃s fili⁹.
coeternē em̃ sibi sunt tres p̃sone. Dic p̃mo
ē vidēdū. vtz generatio actiua sit p̃or p̃nita-
te. Scdo vtz h̃mōi generatio sit p̃or pro-
cessione. Tercio vtz paternitas sit p̃or spi-
ratione actiua. Et q̃to vtz p̃t sit p̃or filio

Ad quoz oim̃ intelligētiā ē notādū q̃ vij
sūt modi p̃oritatatis. vt p̃z. v. metaph. Pri-
mo mō d̃r aliqd̃ prius fm̃ tps. puta p̃r du-
ratōe. Scdo d̃r prius fm̃ locū. sicut ignis
ē prius seu prior aere. qz p̃pinq̃or ē primo lo-
co puta circūferētiē celi. Tercio fm̃ motū.
sicut illud qd̃ p̃pinq̃or ē primo mouēt. sic ē
puer p̃t dici prior seipso exāte viro. qz minus
distat a suo p̃mo p̃ncipio motiui. Quar-
to fm̃ potētiam. sic agēs ē prius patiēte. ⁊ vlt-
mouēs p̃r est moto. Quito fm̃ ordinē. sic
dux p̃t dici prior milite. qz ē p̃pinq̃or regi.

Sexto d̃r aliqd̃ p̃r cognitōe. sic diffini-
tia sūt p̃ora diffinito. Septimo aliqd̃ est
p̃r altero natura. sic vnū ē p̃r duob⁹. ⁊ suba
ē prior accidēte. De p̃mis q̃n qz modis cō-
corditer oēs p̃sentit q̃ i diuis nec sit p̃r nec
posteri⁹. ⁊ sexto tñ ⁊ septimo dicta doctoruz
dissentit. iō q̃stū ad illos duos modos p̃di-
ctas q̃ttuor clausulas p̃tractato.

Septem
modi p̃or-
tatis

Quantum ergo ad
primū. vtz generatio actiua sit prior p̃nita-
te. Dico q̃ inter generationē ⁊ p̃nitate nō est
aliq̃ prioritas fm̃ modū septimū puta natu-
re. qz vbi nō est distinctio nature ibi non p̃t
esse p̃r natura. sed generatio actiua ⁊ paterni-
tas nō sunt distincta natura. g̃ ⁊c. Maior p̃z.
qz q̃lis ē prioritas inter aliq̃ talis ē distinctio
inter ea. Minor etiā p̃z. qz generatio actiua
⁊ paternitas dicit q̃d ēē simplr i distinctā

Articul⁹
Londō

2. **P**. si esset inter ea positio nature. aut gene-
ratio eēt pōr pñitate. aut ecōuerso. Nō pmo
mō. qz agere p̄supponit eē. vel saltē nō poterit
eē p̄us eo. sed p̄ generās i esse p̄sonali cōstitui-
tur ipsa pñitate. ergo generatio que est sua p̄-
pria actio nō poterit esse p̄ior paternitate pa-
trem in eē p̄sonali cōstituente. Nec sēdo mō.
quia paternitas cōstitutio sunt simul natura.
cū sint opposita relatiua. ḡ respectu cuiuscūqz
filiatio nō poterit esse p̄ior. nec pñitas respec-
tu eiusdē poterit esse p̄ior. sed filiatio nō po-
test esse p̄ior generatione. ergo nec paterni-
tas poterit esse p̄ior ea. Sed quantum ad
secū mō p̄ouatis putat p̄ rōe. dico qz gene-
ratio poterit dici vno mō pōr pñitate. et alio
modo posterior ea. Quia pñitas diuina pōt
dupl̄ cōsiderari. Uno mō vt est relatio. Alio
mō vt ē p̄prietas p̄sonē cōstitutiuā. Nā pater-
nitas vt ē relatio. tūc respicit p̄ s̄terminuz ad
quē est. sed vt est p̄prietat. tūc respicit p̄ se sup-
positū in quo est. **Q**. em relatio p̄sonaz diui-
nam cōstituatur. hoc nō habet vt relatio est. sed
vt diuina est. et idē realiter existens cū diuina
eētia. ergo alio modo cognitionis intelligit
paternitas vt relatio est. et alio mō vt cōstitu-
tiua est. Si ergo intelligit vt relatio est. tunc
modo nostro cognoscēdi est posterior genera-
tionē. qz mō nostro cognoscēdi relatiōnes di-
cte modo poterit ex actōnibus innascunt. vt
p̄. v. metaph. sed pñitas cōstitutio sunt rela-
tiones mō poterit. vt p̄. v. metaph. ḡ. **S**i autē
pñitas accipit vt ē cōstitutiuā p̄prietat sup-
positi generātis. sic modo nō cognoscēdi ē p̄-
ior generatōe. qz modo nō cognoscēdi actus
scōs est posterior actu p̄mo. sed generatio mō
nō cognoscēdi etiā in diuis se h̄z vt actus se-
cūdu. p̄ncipiū aut cōstitutiuū p̄sonē generā-
tis se h̄z vt actū p̄m. ḡ. **D**ec tñ nullā ar-
guūt p̄positatē ex natura rei. qz isto modo idē
potest eē p̄ius seipso. sub alia et alia rōne ad
seipsum compatū. Nā paternitas cōsiderata
vt relatio. est p̄ior seipsa cōsiderata vt est p̄so-
nē cōstitutiuā. qz illud fm nostz modū cogno-
scēdi p̄ius rei uenit quod est intimius sibi.
et a quo p̄ intellectū minus potest absolui. sed
p̄ nullū intellectū paternitas pōt absolui a ra-
tione relationis. pōt tamē absolui a ratiōe cō-
stitutiuē p̄prietatis. ergo. **M**aior p̄. p̄o-
lo minor. qz nullus intellectus pōt rem ab-
soluere ab eo quod directe p̄dicat de ea in p̄-
mo modo dicēdi p̄ se. Sed relatio p̄dicat de
paternitate in p̄mo modo dicēdi p̄ se. et per
consequēs ē de intrinseca sua ratiōe seu for-

mali. sed esse cōstitutiuū p̄sonē non videt p̄di-
cari p̄ se. nec i p̄mo nec in sēdo modo de ipsa
pñitate. qz ois p̄positio p̄ se d̄z eē de oi. vt p̄.
i. posterior. sed illa p̄positio paternitas cōsti-
tuit p̄sonam. nō est de omni. cūz cōstituere nō
p̄ueniat omni paternitati. Sed forte dice-
tur mihi qz illa dicta destruunt seipsa. qz quic-
quid est p̄ius p̄iore etiā ē p̄ius posteriorē.
ḡ si pñitas cōsiderata vt relatio. est p̄ior seipsa
vt p̄prietat cōstitutiuā. et eadē pñitas cōside-
rata vt p̄prietat cōstitutiuā ē p̄ior generatōe
sequit qz eadē pñitas cōsiderata vt relatio sit
p̄ior generatōe. cui p̄positū tñ ex p̄ se ponit.

Instantia

Rndeō et dico qz quicquid ē p̄ior p̄iore ē p̄ius
posteriorē. manēdo in fra eūdē modū com-
pationis. qui tamē modus si mutat nihil cō-
cludit. quia fallacia accidētis p̄mittit. sed in
p̄posito modus compationis mutat. qz ali-
quod ē modus compationis qua pñitas cōsidera-
ta vt relatio p̄patur ad seipsa vt ē cōstitutiuā.
et alius p̄t paternitas sub hac duplici rōne
p̄patur ad generatōz. Et licet nullū sile creatū
ad illū summe deitatis mysteriū declarādum
sufficiat. possumus tñ illud aliq̄liter exemplo
manuducere. Nō em albus si compat ad eē
rationalē ad esse albū. tunc certū est qz p̄ius
sibi uenit eē rōnale qz eē albū. si tamen idē
homo fm hos duos modos essendi compat
ad vñū modo agendi puta ad disgregare. tūc
certum est qz hoc p̄ius conuenit homini vt
est albus qz vt ē rationalis. sic. **P**otest
etiā dici qz nō ē in cōueniēs idē esse p̄ius
seipso ratiōe fm aliā et alia p̄pationē factā p̄
intellectū. ergo.

Solutio

Quātū ad secundū

p̄ncipale. vtz generatio actiua sit p̄ior pro-
cessione. Pono cōformiter ad p̄cedentia duas
p̄clusiones. Prima ē. qz generatio in diuis
nō ē p̄ior natura p̄cessione sp̄s̄s̄cti. Nā si esset
p̄ior natura tūc eēt dignior et p̄fectior ea. nō
ē falsum. qz emanationuz dignitas et p̄fectio
pensanda ē ex terminis. Si ḡ generatio eēt p̄fe-
ctior p̄cessione. tūc filiū qz ē termin⁹ generatōis
eēt p̄fectior sp̄s̄s̄ctō. qd ē f̄s̄dē. cōntia patz. v.
metaph. Dato etiā qz ista cōntia aliq̄ in rebz
materialibus patiāt calumniā. tamē in sepa-
tis a materia de quibz ad p̄ns loq̄mur simpli-
citer ē vera. **Q**. autē sit p̄ior ratiōe p̄ arz
qz mō nostro intelligēdi p̄ductio qz aliqd pro-
ducit. semp videt eē p̄ior illa p̄ductōe qua
tale p̄ductū alterz p̄ducit. Sed filius pro-

Secū p̄ncipale.

Prima cōclusio.

Secūda cōclusio

ta cōfessionē exten-
sā filiū. P̄ma itē
doctōe qz videt filio
da ibi. Sed ne tā
p̄ponit auctōr cōm-
mū. Sēdo illas qz
afat filius. ibi. **Q**uod
distinctionem nota-
bor filio. Et videt
āo ē p̄us generatōe
ū. ergo. **M**aior p̄.
et p̄ opta qz p̄ sit
fide. In p̄mo
ist. vbi ait. **S**em̄
et tñ an pater fuit
tres p̄sonē. **D**ico
ratio actiua sit p̄ior
mōi generatōe sit p̄ior
vtz paternitas sit p̄ior
et qz vtz p̄ sit p̄ior
intelligētiā enōciatōz
vtz. v. metaph.
ius fm t̄ps. p̄ia p̄ior
p̄ius fm locū. **S**em̄
re. qz p̄ p̄ior ē p̄ior
eēt. **T**ercio fm
nōqz p̄mo modo
lepio eētē viro. qz
p̄ncipio motio. **Q**
